Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fluxum pcti. Ultimo sciendum q nullum bo
num irremuneratum erit. et nullum malum erit
impunitum Distinctiones et differentie uirtutum
Uirtutes secundum macrobium dicuntur quedam poli
tice. quedam purgatorie. quedam purgati animi
quandoque exemplares. Primas docet salomon in
puerbiis. secundas ecclesiastes. Tertias in canticis. Quar
tas in deo legimus. Politice namque sunt quibus regunt
uitam humanam quo ad opera exteriora et secundum quas pugnant
contra uitia. Purgatorie dicuntur, sunt quibus sunt iam in uicto
ria uitiorum et restituunt partim interiora partim exteriora.
Purgati animi dicuntur. quando iam deuictis uitiis posses
sor uirtutum quiescit raro insurgentibus motibus pro
nus. Exemplares dicuntur que in mente diuina con
sistunt. nam ydee uirtutum in deo sunt et ipse est omnium
rerum exemplar. Aristotiles diuidit uirtutes intellec
tuales et consuetudinales. Intellectuales autem diuidit
in prudentiam. artem. intellectum. conscientiam. sapientiam.
Uirtutes morales. diuidit in principales. que sunt
temperantia. fortitudo. Justicia. et in adiunctas ut sunt
mansuetudo liberalitas et huiusmodi. Item philosophia mo
ralis diuidit in ethicam. yconomicam et politicam
Harum prima mores quo ad se ipsum instruit. Secunda fa
miliam disponit. Tertia urbes et regna regit.
Circa uirtutes hoc tenendum est quod cum una sit gratia
gratificans animam. Septem tamen sunt uirtutes qui
bus humana uita regitur. tres quidem theologice. et
quatuor cardinales. Et licet hee uirtutes sint gratuite
per informatem gratiam. possunt tamen informes fieri per graue
culpam. et iterum informari per penitentiam aduenien
tem gratie. que est habituum uirtutis. origo finis et forma.
De hac lege sola caritas excipitur que informis esse
non potest sicut cetere uirtutes. cum ipsa sit uirtutum for
ma. nam cum habitus aliarum uirtutum habetur sine gratia et